G ut ita ſit de finitate ſuæ permanētiæ, ſicut eſt de finitate ſuę actionis,& ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam, largientē ipſi permanētiam æternā, quēadmodū largitur ſibi motū ꝓpriū æternū. Patet autē manifeſte ex dicta authoritate, ꝙ cœlū quo ad ſuū eſſe, in eodē genere cauſæ dependet, in quo dependet motus eius. nā ſi intelligētia nō eſſet, ut inquit. idē eſt iudicium de orbe, & de motu. Patet autē ꝙ ſi intelligētia non eſt, non eſt motus. igitur neq; orbis,& ideo cœlū indiget intelligētia largiente ſibi permanētiam, ſicut indiget etiam motus tali uirtute.& ita idē uidetur eſſe iudicium, ut poſſibile ꝑpetuetur in ſubſtātia, ſicut in accidētibus. Et mirū ꝓfecto mirū eſt qūo Greg. ille Arimiñ. hallucinatus fuerit in illo loco aſſerens in. 2. ſenten. diſtin. 2. q. 1. Ariſt.& Auer. opionē fuiſſe ſubſtantiā cœli, & aliarū intelligentiarū non dependere à Deo in genere cauſæ efficientis, ſed ſolum hoc habet ueritatē de motu cœli. cum tamen Auer. in p̄fato loco ex intentione, dānet opionē iſtā, eorū, qui dicebant cœlū non habere cauſam, niſi mouentē,& nō agentem, ſicut patet ibi.& declaratū fuit per nos, in ſpeciali qōne, de hoc. Dico igitur in uia eius, ꝙ licet cœlū depēdet in triplici genere cauſæ, ab ipſa intelligētia, eſt tamē adhuc differētia inter cœlū,& cœli motū, quo ad perpetuitatē eſſendi. nā motus ex ratione ſui, cū cōtrarium habeat, poteſt

Error Grego. de Arimino.

Solutio.

H ex ſe formaliter dici,& per intrinſecā rationē, ꝙ ſit ens poſſibile, cœlū autē, cum ſit ſubſtātia, carens materia, & cōtrarietate, non eſt ens poſſibile, per intrinſecū principiū, quia tale in ſubſtantiis, eſt materia,& quo ad hoc non indiget in ſuo eſſe forma, ſicut eſt corpus aīalis, quod cū ſit intrinſece compoſitum ex contrariis, indiget in ſuo eſſe forma dante eſſe formaliter,& conſeruante. unde uidemus manifeſte, ꝙ ſeparata anima, aut corrupta in animalibus, ſtatim illa reſoluuntur in elementa, ex quibus conſtabat. unde Ariſto.& Cōmen. in. 1. de Anima, in text. cō. 90. increpant Antiquos, ponentes corpus continere animam, immo cōtrarium eſt magis uerū. uidelicet, animā continere corpus. egrediente enim, ſpirat, & marceſcit. nā ut inquit ibi Cōmen. omne ꝙ eſt unū,& continuū, nō eſt propter ſuā materiā, ſed per ſuā formā,& ideo cœlū formaliter eſt neceſſariū, quia eſt ſimplex corpus, non cōpoſitū ex materia quæ eſt in potentia ad eſſe, neq; ſubiecta contrarietati, & ꝓpter iſtā rōnem. nō indiget in ſuo eſſe forma, contra Chimerizātes in uia eius. ita enim ſentit expreſſe in. 2.& in. 3. ca. de Subſtantia orbis. tamen in talibus æternis ſubſtantiis, eſt eſſentialis depēdentia in genere cauſæ efficientis. omnia enim depēdent à primo principio. nā Deus eſt cā entitatis, & ueritatis, in oībus entibus. ut dicit Cōm. in. 2. Meta. in cō. 4. & ſimiliter dicitur

I finis oīum, & dicitur prima forma oīum, non quia ſit forma inhærens, immo eſt forma per ſe ſubſiſtens, & liberata ab oī materia. nō enim oīs forma informat, ut quidā meo tēpore in uia Peripatetica cōtendere conantur, in uia Ariſ. nā ſi ita eſſet ad quid igitur poſita animæ diffinitione in. 2. de Aīa. tex. cō. 5. dicente anima eſt actus corporis organici phyſici potentia uitam habētis, demū in text. cō. 11. inquit. Amplius aūt immanifeſtū eſt, ſi ſit corporis anima actus, ſicut nauta nauis.& eſt expreſſa ſnia Auer. 12. Meta. cō. 37. ex mente Alexā. inquit enim perfectionū enim propter quas mouetur perfectū, quædā ſunt qualitates quibus perficitur illud quod mouet, ut illud quod mouetur ꝓpter ſanitatē, & quædā ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ à re, quæ mouetur ad eas, ut aſſimiletur eis, ut inueniuntur oēs actiones ſeruorū, qm̄ ſunt erga genera intentionū dñi ſui. igitur dicūtur eſſe ꝓpter dñm.& ſimiliter oīa entia, cum hoc ꝑ prinicipio, ubi patet qūo prima intelligētia ſit cā in genere cauſæ formalis, reſpectu oīum. licet igitur cœlū cū nō habeat principiū intrinſecū, per quod poſſit nō eſſe, quia nō habet cōtrariū, neq; materiā, tamen adhuc dependet ab intelligentia in triplici genere cauſæ & efficientis, & finalis,& formalis. ſicut dñs eſt forma ſerui, ſed motus in ſe poſſibilis eſt, quia motui inquantū motus contrariatur quies, licet motui cœli, ut eſt ab intelligētia, nihil ſit cōtrarium.& ita ſtat adhuc differētia inter motū cœli,& ipſum orbē.& ſi potes tu ſubtilius dicere, dicas ſat fuerit mihi ꝓmouiſſe,& excitaſſe itellectū.

Contra Modernos.

Prius ſubſtantia eſt ſubſtantia.

K Propō. 47.

PROPOSITIO iſta eſt Ariſto. in. 12. Meta. tex. cō. 43. ubi oſtēdit motores planetarū eſſe ſubſtantias. nā cū motor ſit natura prior mobili, ut dicit in. 3. de Aīa in tex. cō. 19. cū Planetæ ſint corpora ſempiterna,& ſubſtātiæ ſempiternę, multo magis igitur motores eorū erūt ſubſtantiæ. Eadē ratione etiā ꝓbauit in. 2. Cœli & mun. in tex. cō. 36. ꝙ cum cœlū quod mouetur eſt ingenitū,& incorruptibile,& intranſmutabile, neq; utiq; mouens tranſmutabitur, incorporale exiſtēs. Sed inſtātia eſt in hac ꝓpōne cōtra Auer. ponentē dimēſiones interminatas, quæ ſunt accidentia coæterna primæ materiæ. tunc enim ſequitur, ꝙ nō ſubſtantia p̄cedit ſubſtantiā, quia materia primitus recepit illas dimēſiones, quā formā ſubſtātialē. accideret igitur, ut cōpō ſecundū quid,& per accidēs præcedat cōpōnem ſimpl'r, & per ſe, contra Ariſt.& eſt unū de p̄cipuis motiuis ſcti Tho. in trac. de Dimenſionibus interminatis, & de natura materię. Dicimus nos, ꝙ propō ꝓpoſita habet ueritatē de prioritate naturæ, ſecūdum perfectionē. Fallit autē, de eo ꝙ eſt prius natura, uia generationis. duplex eſt enim naturę prioritas, ut ſcribitur in. 9. Primæ p̄hiæ. in tex. cō. 15. ubi dicitur, quę generatione poſteriora ſpecie,& ſubſtātia ſunt priora, ut uir puero,& homo ſpermate.& ſic ꝓcedit ratio P̄hi adducta. nam motor eſt prior mobili, prioritate perfectionis. ſemper enim agens exiſtimabitur nobilius paſſo,& motor mobili. 3. de Aīa. text. cō. 19. quātitates autē interminatæ,& qualitatiuæ diſpōnes p̄cedunt uia generationis, formā ſubſtantialem,& hoc non incōuenit. Quod ſi replicatū fuerit, per authoritatē P̄hi in. 7. Meta. tex. cō. 4. ubi dicitur ꝙ ſubſtantia præcedit accidēs diffinitione, cognitione, tempore, & natura. & ita uia generationis nō debet accidens aliquo modo p̄cedere formā ſubſtātialē, quæ ſimpl'r eſt ꝑfectior, & magis ens, quā materia,& cōpoſitū, ut dicit. 7. Meta. tex. cō. 7. Ad hoc dico, ꝙ accidentiū q̄dam ſunt, (quæ accidunt ex ſubſtantia rei. Sunt enim q̄dam quę cōſequūtur materiā, ut nigredo æthiopis,& cicatrices uulnerū,& extenſio ſtaturæ. Sunt etiā q̄dam quæ cōſequuntur formā, ut ſpes,& gaudium,& potentia ridendi,& cætera in hoībus, ut dici Auic. in. 1. ſuæ ſufficiētiæ. ca. 6.& eſt etiam ſnia Auer. in lib. de ſubſtantia orbis. ca. 1. unde accidētia, quæ cōcomitantur materiam,& præcedunt formā, ſunt accidentia interminata,& à ſigno cognoſcūtur iſto modo, quia quæcūq; eadē manent in corrupto, quæ erāt ingenito, interminata dicūtur. nā inſequūtur materiā, quæ remanet eadē in genito, & corrupto, ſiue in uiuente,& mortuo, ſicut eſt de cicatrice,& de nigredine æthiopis,& de aliis cōſimilibus, non enim oportet dicere, ꝙ corruptio quælibet fiat per reſolutionē, uſq; ad primam materiā quo ad formas ſubſtantiales, & accidētales, ſicut tenuit beatus Doctor. quia illa diffinitio generationis ſubſtātialis, data per P̄hm in. 1. de Gene.& corru. tex. com. 23. generatio eſt tranſmutatio totius in totū, nullo ſenſibili remanente, ut ſubiecto, locum habet in generatione ſimplici, in qua unum generatur ex uno, quia præcipua intentio Ariſt. in illo lib. eſt pertractare de generatione,& modo generationis elementorū inuicē. unde liber de Genera.& corrup. ab Ariſt. qñq; liber de Elementis nuncupatus eſt, ut patet in. 2. de Anima, in tex. cō. 117. non enim ſenſatis concordat, dicere aliam eſſe numero cicatricem in mortuo, & uiuente corpore, & nouiter genitam ab agente introducente formam cadaueris. Dico igitur, ꝙ dimenſiones interminatæ, ſunt de accidentibus conſequentibus primam materiam,& ſunt coæternæ illi, ſecundum uiam Cōmen. in lib. de Subſtantia orbis, propoſitio autem P̄hi in. 7. Meta. text. cō. 4. in qua dicitur ſubſtātiam tempore præcedere accidentia, ueritatem habet ſecundum uiam Cōmen. ut ſupra diximus de accidentibus fundatis in ſubſtātiis compoſitis, quę ſunt generabiles,& corruptibiles. nam de talibus loquitur Ariſto. in. 7. Meta.& in. 8. ſecundum mentem eius, ibi in ſuo prologo. Aut ſecundū noſtrā expoſitionē, cum accidentia inſequētia ſubſtātiam, quædā ſint ſeparabilia,& quædā inſeparabilia. dicimus ꝙ ſubſtātia p̄cedit accidētia ſeparabi

Inſtantia.

Solutio.

L

Replica.

Solutio.

Accidentia duplicia.

M

lia